

PATRONOS, quorum Gratiâ & Nutritio Favore unice adolefcere poffunt ac ad ftaturâ juftâ culmen eniti: neque adeò culpanda fuerit horum Tentaminum Phyfico-Mathematicorum audacia, dum TE, Ipſummet hætenus varia in eodem genere, ac feliciffimè tentantem, FAVITOREM ſibi exoptant & EVERGETAM, imò votis anticipatis Orbi literario deprædicant, CLEMENTISSIMUM.

Subeſt præterea cauſa quoque alia, quæ affectum humillimum in Venerationem SERENISSIMÆ DOMUS WÜRTENBERGICÆ rapit perpetuam; ſingularis puta Gratiâ, quam MAGNUS EBERHARDUS, glorioſæ memoriæ PARENS TUUS, ſuaſu & Interceſſione pariter Beatiffimi pariterque ſatis nunquam lugendi PRINCIPIS OETTINGENSIUM, ante hos annos quinque circiter & viginti tenuitati meæ clementiffimè deſtinaverat. Illâ verò gaudere fruique reipſâ tametiſi, ob certas cauſas, mihi non contigerit; gratiffimo tamen pectore in hanc uſque horam circumfero gratioſiffimam TANTORUM PRINCIPUM